Quelle: https://manuscripta.at/?ID=409
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

decent interrogari si mihi quisquam res ipsas
non delibandas et commissas, sed per se ipsas tractandas
dissolvendasque proferret. Inlusis autem respo-
nere professioni mee minus congruunt. Hec autem
omnia non facerem, nisi me per egritudinem in
qua eram cum homo tuus venisset
aliquantum ab Yppone movere. Quibus etiam
diebus perturbatione valitudinis febribusque
repetitus sum. Unde factum est ut tardius quam
possent vel hec mitterentur, que quoniam ac-
cepisti recepta flagito. Incipit epistola
eiusdem ad Dardanum.

Fateor me, frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in
caritate Christi quam in huius seculi dignitate, lit-
teris tuis tardius respondisse quam debui.
Cuius rei causas nolle quereres, ne molestius
me ferres diutius excusantem, quam pertulis-
ti tardius rescribentem, cum ego te mallem
offensioni mee facile ignoscere, quam
de mea defensione iudicare. Quecumque
ille cause fuerint, crede nullum tui a-
pud me esse potuisse contemptum. Immo
enim citissime rescripsissem, si te contempsissem. Verum quia tandem aliquando rescripsi,
ideo saltem tandem aliquando dignum aliquid te
lectore molitus sum, et quod merito possim
tuo nomine prenotare. Sed rescribere utcumque
iam malui quam pati hanc estatem me
huius officii debitorem transire. Nec tua
me dignitas terruit, fecitque cunctan-
tem, cum sit humanitas tua gratior
quam illa suspectior. Sed unde te magis
amo, hinc difficilius sufficientia tante
aviditati religiosi tui amoris invenio. Huc accessit quod preter mutue cari-
tatis flammam, qua sit ut et eos quos numquam vidimus di-
ligamus, dum habere eos quod diligimus
credimus, ubi me utique prevenisti, fecis-
tique ut vererer in me decipi opinio-
nem atque expectacionem tuam. Preter
hoc ergo tales mihi questiones in tua epistola propo-
suisti, que si a quolibet proposite forent
ocio quoque meo quod mihi deest non parvum
negotium fierent. Cum vero ab ste propo-
nuntur cuius profunda rimanti solutionis
earum superficies nequaquam satis est, et
proponuntur occupatissimo aliarumque
curarum molibus vallato et obstricto,
tue prudentie est et benivolentie co-
gitare quam te placidum habere
debeam, vel quod diu non respondi, vel si in-
de non pro tue intentionis granditate
non respondero. Queris ergo mediator dei
et hominum homo Christus Ihesus quomodo nunc
esse credatur in celo, cum pendens in lig-
no iamque moriturus latroni dixerit
Hodie mecum eris in paradyso. Et hinc
fortasse intelligendum dicis paradysum quasi in aliqua parte celi consti-
tutum, aut quia ubique deus sit, hominem quoque
illum qui in deo sit ubique diffusum, ex
hoc nimirum intelligi volens etiam
in paradyso esse potuisse qui ubique sit.
Ubi ego quero vel potius agnosco quem-
admodum accipias hominem Christum. Non utique
sic quidam heretici verbum dei et
carnem hoc est sine anima humana,
ut verbum esset carni pro anima, vel verbum
dei et animam et carnem, sed sine mente humana,
ut verbum dei esset anima
pro mente humana. Non utique sic accipis
hominem Christum, sed sicut superius locutus es, ubi aisti
Christum omnipotentem dominum ea te ratione credu-
litatis accipere, ut deum non credens non perfecto
etiam hominem credidisses. Perfecto enim
dicis hominem perfectum, totam ille
naturam humanam vis intelligi. Non est
autem homo perfectus, si vel anima